



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

S. Theodorvs M. 19. Apr.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70962)

annis à pane humano temperavit, reliqui cibi tam modicus, ut validæ membrorum virtutis vires haud immeritò miraculi instar obtinerent. Dæmones frequenter injustâ corporum humanorum possessione dejecit: metu lemurum infestas ædes aquâ lustrali solvit: morbos curationum fines egressos divinâ sanatione depulit. Porrò charitas servandorumque mortalium studium in eminentissimum virtutis fastigium assurrexit, cum esset quotidie cujusvis hominis salutem sanguine vitæque recuperare paratus. Rerum adversarum patientia in Iobi comparisonem evexit. Obiit anno Christi D. CC. XIII. de cælo obtinendo sollicitus imprimis, ut qui jam scalas admoverat, antequam nasceretur, *Ex Rather. Veronense.*

S. THEODORVS M. 19. Apr.

THEODORVS cum sacramentum, quod CHRISTO dederat, Marti negasset, post fustuarium craticulæ injectus, pice ac sulphure perfunditur. Sed cum crudelitate hâc tellus commota è sinu aquas, quæ rogam extinguerent, effudisset, THEODORVS incolumis ad Marti devotos provocavit: irer ex omnibus unus aliquis in rogam, Deumque suum etiam ipse probaret. Illi causâ diffisi rem ad sacrificulos rejecerunt. Ex his etiam DIOSCORVS

RVS adductus, palàm Iovis patrocini-
 nium respuit, suavitque ipse è flammis
 causam Iupiter dicere juberetur; se-
 diem ei dicturum, se ex fano obtorto
 collo ad iudices ignes rapturum, calo-
 que, pulcherrimo, quod unquam fecit-
 set, sacrificio ipsum Iovem immolatu-
 rum: probaret ille fulmine se Deum,
 pictosque suos ignes, & unà hos in ca-
 put sacrificantis, si posset, congereret.
 Indoluit Iovem, ludos fieri Proconsul,
 & DIOSCORVM jam Christianum
 flammis, THEODORVM verò qua-
 drigis raptandum dedit. Hic verò ab-
 euntibus in præcipitium equis, alio è
 cælo curru triumphans in Prætorium
 venit. In succensam exinde cum mili-
 tibus, quibus hæc miracula fidem fece-
 rant, fornacem coniectus, altero mane
 loqui reperitur PHILIPPÆ matri, quæ
 triennio antè captiva abducta, ad pre-
 ces filii per Angelum tum erat redu-
 cta. Advolat igitur tyrannus, milites
 hastà transfigit, matrem capite multat,
 THEODORVM ipsum in crucem a-
 git. Sed ille post tot victorias, non pe-
 tisset aliud trophæum. *Ex Menais.*

S. WERNHERVS M. 19. *Aprilis.*

WERNHERVS rustica, ex Trevi-
 rensi agro, progenies, egenis com-
 parcebat paratum diurno labore obso-
 nium: vitrici asperitatem, ipse tam miti
 inge-